Epistola 159. IOH. ANNI COCCEJO MATTHIAS PASOR.

223 226

Salutem à Salutis fonte!

Reverende et Clarissime vir,

Tacui satis diu, Verùm non quasi oblivioni tradidissem te mag^n merita (id quod amicitiæ nostra Vetus ac sincera minimè permittit) Verùm quia tibi negotijs gravissimis districto obstrepere nolui. Animo ac Voto pio semper adfui, ac tibi et familiæ tuæ in mutuo illo postremo faustissima quæq^ precatus sum. Accessit deinde Oratio tua inauguralis eruditissima, quæ mihi et ad gratias pro illa agendum et ad congratulandum de nova hac illustri statione animum addidit. Faxit Deus ut diu et magno cum fructu apud Batavos ipsi inservire possis! Ego nunquam abs^q singulari voluptate conversationis nostræ mutuæ meminisse soleo. Ambo ad pacem et studia sacra propendemus, Dei beneficio: et, si summo rerum humanarum arbitro visum fuisset in loco eodem vel vicinioribus conjungere, optimè inter nos convenisset et cumulatissima futura fuisset suavissima? Dabimus interea operam ne diuturna illa locorum animos nostros disjungat et precibus ac voto pio alter alterius conatus Deo commendabimus.

Vale, vir celeberrime, et constanter amare perge

R. T. addictissimum

Groningæ 18. Mart. 1651.

Matthiam Pasorem.

Reverendis D.D. Collegij Theologici
et uxori Charissimæ
salutem adscribi officiosissimam.

Sancta Vat. Bus. 3. Septemb. 1651.

T. R. addictiss.
Johannes Buxtorfius

Ad eodem Reverendo
Clarissimoq virum
Dn. Johannem Cocejo
S.S. Theol. D. et Pro-
fessorem celeberrimum

Leydo